

## SERMO.

## XXXII

manifestaturus es teipm nobis et nō mundo. respondit xpc causam esse qd xpm diligebant et sermoni eius obediebāt. Si quis inquit diligit me sermonem meū seruabit et pater me⁹ diliget eum et ad eum veniem⁹. ⁊ mansion. apud eū faciem⁹. Sic etiam beatissima virgo ipa die cōceptōis xpi meditans illud Isa. viij. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium. p̄ humilitate minus se credidit dei matrē futuram q̄ aliam. vnde Lu. j. admirabatur de verbis angeli et postea ait. quō fiet istud qm̄ virum nō cognosco.

¶ Cōmendat⁹ qz fuit principalis scriba diuine legis qz vnus fuit de quatuor apostolis qui scripserūt septem epistolas videlicet. iacobus. iohannes. petrus. et iudas. Paulus ei non fuit vn⁹ de xij. apostolis. Et quāuis epistolas iude sicut et aliorū triū apostolorū epistole sit breuis sermōe tñ vt dicit glo. sup iaco. Primo iacobus. petrus. iohannes. et iudas. epistolas ediderūt. tam milticas q̄ succinctas. et breues piter ⁊ longas. breues in verbis. longas in sententijs vt rarus sit qui nō in earum lectōe cecidat. Scribit aut̄ beatus iudas epistolam suam vt dicit Beda. in glo. principaliter cōtra eos qui fidem eorum pebant et monet fideles ab eis cauere. ¶ Tercio cōmendat⁹ qz vnus de spūalibus xpi nuncijs. vt enim refert eusebius in eccle. hysto. Abagarus xpo epistolam scripsit. eum ad se inuitado. cui xpc post ascensioez apostolū vnum mittere pmisit p̄ epistolā. Et vt refert iohā. dama. li. iiii. Post modū pictor ad xpm ab abagaro missus nō effigiare valuit p̄ splendore ⁊ pulcritudine. sed xpc lineo pictoris vestimento accepto. faciem effigiat. ppriam et regi abagaro edisse ci-

uitatis transmisit. Et vt in ecclesia. hysto. addit⁹ post xpi ascensioē thomas apostolus. iudam ad abagarum misit. qui in iuda diuinum splendore in facie intuens fidem et baptisma recepit. Refert aut̄ Job. dama. qd xpc fuit bene oculus ⁊ longū vultū habuit qd est signum maturitatis. ¶

Tercio principaliter videndū erit de vtriusqz. videlicet simōis et iude gloria et laude. cōmendant⁹ aut̄ tripliciter. Primo in originis sanctitate qz fuerūt fratres iacobi minoris ⁊ filij marie cleophe. que sub xpi cruce cum virgine beatissima stetit. Iohā. rix. Secūdo cōmendant⁹ in amicitia societate qz post xpi ascensioē tandem ambo piter in p̄sdem et egyptū venerunt et ducem barabach vna cū suo rege egypti. et vltra lx. milia hominū fidei addiderūt. Tercio cōmendantur in fraterna caritate. qz etiam inimicos dilexerūt vt patet tripliciter in eorum legenda. Primo vbi magis superatis. et igni adiudicatos eruerūt dixerūt em̄. nō viuentes occidere sed mortuos viuificare venim⁹. Secūdo vbi serpentes a magis facti. magos inuaserūt et astantes petiuerunt vt magos pmitteret p̄ serpentes necari. Rādet apostoli. Missi sumus reducere a morte ad vitam nō a vita p̄cipitare in mortē. Tercio vbi mulieris fornicatricis infantulo diuicōne apostolorū excusantē noluerunt impare vt reum pderet. nos inquit innocētes absoluere decet. vide legendam.

In festo omniū sanctorū.

Audete ⁊ exultate qz merces vestra copiosa est i celis. Mach. v. tria principaliter sunt videntia de tan-